

- S. MAXIMUS MART. 18. Ne tanquam benevolos eos existimes, qui tibi sermones ad aurem apportant, dolorem et odium erga fratrem in te operantes; tametsi vera narrare videantur. *Centur. 4, de Charit.*, cap. 34.
- ORIGENES. 19. Susurrorum et detractorum os aperit diabolus. *Homil. 3, in cap. vii, Eoed.*
- S. SIMONIS EPISCOPI. 20. Verbis est ille, quam membris execrabilior. *Lib. 3, epist. 13, ad Apollinar.*
- S. THOMAS AQUINAS. 21. Quanto amicitia honori praestat, tanto susurratio, per quam amicitia tollitur, detractio (per quam honor laeditur) gravius est peccatum. 2, 2, quaest. 74, art. 2.
- IN VIT. PATR. 22. Susurrans serpens ad Evam eam de paradiso eiecit: qui proximo obloquitur, serpentis susurrans similis est; quoniam se audientis animam perdit, et suam non salvat. *Lib. 5, libello 4, de Continentia*, num. 52.
- SENECA. 23. Neminem susurro appetas, neminem suffodias, palam aggredere. *De quatuor Virtut.*

## TACITURNITAS.

- S. ISIDORUS HISPALENS. *Etymologia*. Taciturnus dicitur, quasi in tacendo diuturnus. *Lib. 10, Etym.*, verbo *Taciturnitas*.
- S. ALBERTUS MAGNUS. *Definitio*. Taciturnitas vera et perfecta est, non solum moderari linguam a verbis illicitis, sed etiam ab utilibus et licitis. *Part. 4, in Paradiso anime*, cap. 31.
- HUGO A S. VICTORE. Taciturnitas est cum quadam fructuosa animi quiete a verbis, etiam utilibus linguae suae coercitio. *De Fruct. carnis et spirit.*, cap. 15.
- JOAN. GERS. Taciturnitas est temperantia modificativa verborum. *Part. 4, de Descript. terminor.*, cap. *Temperantia*.
- HUGO A S. VICTORE. *Divisio*. Tria sunt silentia: silentium oris; tranquillitas mentis; velamen mysterii. Verba primi silentii discreta; secundi, secreta; tertii, manifestatio mysterii. *Lib. 2, de Claustro anime*, cap. 16.
- S. ISIDORUS HISPALENS. *Differentia*. Inter tacere et silere hoc interest, quod qui desinit loqui, silet: et qui non coepit, tacet. *Lib. 4, de Differentiis*, different. 55.

## SENTENTIA PATRUM.

- S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Ad amorem taciturnitatis inducere nos debet sanctissimum exemplum Domini nostri Jesu Christi, qui taciturnitatem commendans, de impositione criminum interrogatus, se noluit excusare, sed tacere. *In Paradiso anime*, part. 4, de *Virt.*, cap. 31.
2. Silentium cor distractum componit, conscientiae serenitatem inducit, et ad recipiendam gratiam divinam, habilem mentem facit. *Ibid.*
3. Ubi non est taciturnitas, ibi homo de facili ab adversario superatur. *Ibid.*
4. Ubi non est moderatio linguae, ibi nunquam erit perfectio vitae. *Ibid.*

5. Nil debemus praeter ceteris discere, quam tacere, ut possimus loqui: ne nos prius vox condemnet nostra, quam absolvat aliena. *Prosec.*
6. Periculum est condemnationis loquendo, cui tacendo potest esse tutior.
7. Complures vidi loquendo peccatum incidisse, vix quemdam tacendo: ideoque tacere nosse, quam loqui difficilius est.
8. Scio loqui plerosque, cum tacere nesciant: rarum est tacere quemquam, cum sibi loqui nihil prosit; sapiens ergo, qui tacere novit. *Lib. 1, Offic.*, cap. 2.
9. Si servus convitiium dicat, justus tacet: si infirmus contumeliam faciat, justus tacet: si pauper criminetur, justus non respondet. *Prosec.*
10. Haec sunt arma justi, ut tacendo vincat, sicut periti jactandis cedendo solent vincere fugientes. *Ibid.*, cap. 5.
11. Maxima virtus est tacendi: nullum ergo ex ore verbum quod revocare velis, proferas, sed parcor loquendi fiducia sit. *Lib. 3, de Virg.*
12. Non mediocris virtus est tacere: est enim et tempus tacendi, sicut tempus loquendi. *De Institut. virgin.*, cap. 1.
13. Maximus actus verecundiae, silentium est. *Lib. 1, Offic.*, cap. 18.
14. Silentium juvat ad mentis refectionem, et gratiam consequendam. *Part. 4, tit. 5, cap. 1, § 43.*
15. Utinam isti, qui vacare volunt manibus, omnino et lingua. *De Opere monachor.*, cap. 22.
16. Taceat lingua necesse est, ubi ipsa veritas sibi adest: taceat lingua in bono negotio, quae in malis causis obticere consuevit. *Serm. 2, fer. 2, post Dom. Palmar.*
17. Tacet, qui defensione non eget: bene tacet, qui defensionem non desperat. *Serm. 1, fer. 2, post Dom. Palmar.*, et in ord. 113.
18. Loquaces laudare non audeo, sed tacentes beatos praedicare praesumo. *Serm. 6, ad Frat. in eremo.*
19. Non solum a malis sed etiam quandoque a bonis silere, laudabile est. *Ibid.*
20. Aliquando aliquid veri tacere utile est. *In Expos. Epist. ad Galat.*, cap. 11.
21. Deus parit dum tacet, sed non semper tacebit. Audi dum non tacet in verbo, ne non tibi vacet audire, dum non tacebit in judicio. *De decem Chordis*, cap. 1.
22. Silentium custos est religionis. *Serm. 2, post octav. Epiph.*
23. Bonum silentium a jactantia est, bonum a blasphemia, bonum a murmure, et a detractioe. *Serm. Nativit. B. Mariae.*
24. Silentium infringere, animi negligentis

- aut dissoluti spiritus indicium est. *De Procepto et Dispens.*
25. Silentium maximus actus verecundiae est. *De Ordine vita.*
26. Pythagoras legem dedit silentii discipulis suis, ut tacentes per quinquennium, loqui discerent: et tu non vis tacere, cui virtus silentii propria est. *Ibid.*
27. Sapiens est qui novit tacere. *Ibid.*
28. Non semper silentio studendum est, licet cum magno studio silentium sit servandum: sed janua oris nostri quandoque claudere, quandoque aperire debemus; quatenus ita taceatur mala, ne cum malis etiam bona et utilia taceantur. *Lib. de Passione Dom.*, cap. 26.
29. Si dignum quippiam relatione non habes, tace. *In Speculo discipl.*, part. 1, cap. 20.
30. Tacuit quod loqui fas fuit; locutus est quod tacere debuisset. *Super Psalm. xxxi.*
31. Facilius tacendo culpa refugitur, quam loquendo. *Super Psalm. xxxviii.*
32. Ubi silentium est, sermo est praestantius. *Lib. 2, Stromat.*
33. Silentii munus expers est periculi. *Ibid.*
34. Praeclara res est silentium, nihilque aliud quam mater sapientissimorum cogitatum. *De Perf. spirit.*, cap. 70.
35. Sit religiosus in observatione silentii rigorosus. *Super Epist. Jacobi*, cap. 1, art. 3.
36. Taciturnitas juveni, sicut equo frenum est. *De Timore Dei.*
37. Taciturnitas modesta, et puri cordis est firma custodia, et inter virtutes magnas non modica. *In suis Opuscul.*, apophthegm. 16.
38. Monachorum est non colloquium, sed silentium. *Serm. 7, super Cant.*
39. Facundius loquitur, qui obstupescendo tacet. *Super Job*, cap. 9.
40. Quod garritus admittit, silentium deiecit. *Super Levit.*, cap. xxv.
41. Poena est iniquo tacere. *Super Job*, cap. 11.
42. Qui murum silentii non habet, patet inimici jaculis civitas mentis. *Lib. 7 Moral.*, cap. 17, num. 25, super *Illud Prov. xxv: Sicut urbs patens*, etc., et in *Pastor.*, lib. 3, cap. 1, admonit. 15.
43. Imperita mens, silentium poenam putat. *Ibid.*, lib. 10, cap. 3.
44. Non tam pro custodia puritatis, quam obstinatione protervia, quidam tacere subjecti solent. *Lib. in I Reg.*, cap. 11, super illud: *Indicavit ergo ei Samuel.*
45. Sicut incautus locutio in errorem protrahit, ita indiscretum silentium, hos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. *Part. 2 Pastoral.*, cap. 4.

46. Utinam tanta utilitas e sermonibus nasceretur, quanta e taciturnitate. *Orat. 5, de sua Excusat.*
47. Nescitis quantum bonum divinitus sit consecutus, cui silere liceat. *Prosec.*
48. Loquere, si quid silentio praestantius habes: silentium autem amplectere ubi silere praestat, quam loqui. *Itab. apud D. Joan. Damascen.*, lib. 1, *Parall.*, cap. 78.
49. Sermo debet esse silens, et silentium loquens. *Epist. 15, ad Marcellam.*
50. Christiani interdum pudoris est, etiam apud amicos tacere, et humilitatem suam magis silentio consolari, quam retractando veteres amicitias, ambitionis crimen incurere. *Epist. 4, ad Pammach.*
51. Sit certa aetate librata, suique opportunitate graevissima silentii verique ratio. *Epist. 1, ad Demetriad.*
52. Nunquam omnino virginis os loquatur, ut tacuisse melius sit. *Ibid.*
53. Religio sancta non potest esse in loquaciibus, qui nullo possunt tempore silere. *In Regula monachor.*, cap. 22, de *Silentio*.
54. In choro, dormitorio, coenaculo, claustro, ac capitulo, omni tempore loqui non decet. *Ibid.*
55. Discat aliquando recte tacere, qui nunquam didicit loqui. *Itab. apud Bedam, in suis Sententiis*, cap. 16.
56. Silentium secretum honorat. *Lib. 10, super cap. 45 Coelst. Hierarc.*
57. Tegenda sunt nonnunquam aliqua quae dici possent, ut semper supersit quod intus respiratur, et ne vilescat, si totum exponatur. *Ibid.*
58. Amet monachus silentium claustrum, ut non amet negotia principum, nec secularium vagus quaerat accessum. *Lib. 2, de Claustro anime*, cap. 16.
59. Stultum tacere, semper bonum est: sapientem vero aliquando tacere, aliquando loqui, necesse est. *Super Prov.*, cap. 17.
60. Hic est primus disciplinae actualis ingressus, scilicet silentium. *Collat. 14 Abbat. Nestoritis*, cap. 9.
61. Si religiosa non tacere, lucrum est: tacere, dispendium. *Homil. 7, ex Divers. in Math.*
62. Melior es, tace, ut persistas esse melior: quia si loquaris, omnia exinasti: si te putas meliorem, desisti: si non putas, multum sane proficisti. *Homil. 2, super II Tim.*
63. Noli proter rationem silere, ne ex tui silentii improbatie alius turbationis et amaritudinis auctor fias. *Gradu 4.*
64. Taciturnitas est mater orationis, capivivitas

S. GREGOR. NAZ.

S. HIPPON.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

JOAN. CASS.

S. JOANNES CHERYSOST.

S. JOANNES CLIN.



reversio, ignis divini amoris observatio, cogitationum diligens inspectio, specula hostium, carcer luctus, lacrymarum amica, memoria mortis operatrix, suppliciorum plectrix, iudicis indagatrix, sagax morioris subministratrix, inimice fiducia, quietis conjux, ambitiosa doctrine adversatrix, scientia adjectio, speculationis opifex, secretus in Deum profectus, occultus ascensus. *Ibid.*, gradu 11.

65. Studiosus silentii appropriat Deo, ipsique jugiter in abdito cordis assistens, illustratur ab eo. *Ibid.*

66. Jesu silentium admirationi et reverentia Pilato fuit. *Ibid.*

JOAN. GERS.

67. Ubi censura silentii servatur arctius, ibi religio viget laudabilis et perfectior. In *Quest. quatuor* cum suis *Respons.*, quest. 4, conclus. 3.

JOAN.

TRITH.

68. Qui tacere nescit, Religiosus non est. Super *Prolog. Regulae S. Benedicti*, cap. 2, text. 8.

69. Optima custodia conscientia est taciturnitas. *Ibid.*

S. LAURENT.

JUSTIN.

70. Revera nullus scit fructuose loqui, qui ignorat prudenter tacere : taciturnitas namque bene loquendi principium est. *De Discipl. monast. conversat.*, cap. 15.

71. Silentii virtus haec est, non semper lacere : sed illa sola, quae loqui non licet. *Ibid.*

72. Pacifica mens, cultrix Dei, et virtutum amatrix, provida gubernatione intra claustra silentii cohibet linguam. *Ibid.*

PETERS

EISENS.

73. Cum honoratior et prepotens persona loqui voluerit, tenere debent, qui circumstant, silentium. *Serm.* 6.

S. PETRUS

DAMIANUS.

74. Templum Dei per silentium crescit : quia cum mens humana per exteriora se verba non fundit, in sublime fastigium spiritualis aedifici structa consurgit : tantoque suberescens, in altiora sustollitur, quanto per silentii custodiam circumclusa sese extrinsecus fundere prohibetur. *Lib. 7, epist. 6, ad Agnetem imperatricem.*

75. Custos justitiae, silentium est. *Ibid.*

76. Mens humana dum intra silentii claustra undique circumcluditur, in superiora sublimis erigitur, ad Deum per caeleste desiderium rapitur, et in amore ejus per ardorem spiritus inflammatur : et non tantquam fons virus, dum per verborum circulos fluere hinc inde non sinitur, undis excrecentibus, in altiora cumulat. *Ibid.*

77. Silentium perseverantem monachum vigilem reddit. *Opus.* 12, cap. 25.

78. Assuescat lingua sub taciturnitatis se cohibere censura : tacendo discat, quod loquendo postmodum graviter proferat : ne si nunc districtum negligit custodire silentium, loquendi postmodum nequeat frenare prurium. *Opus.* 19, cap. 4.

79. Sermoneis mors est silentium. *Lib. de Temulent.*

80. Qui de omnibus alienis tacet, de omnibus pacem habet : o pretiosum verbum, utile, semper animo retinendum ! *Serm.* 3, ad *Novit.*, divis. 1.

81. In nullo statu et ordine stabit pax et disciplina, si non adsit censura silentii, quietis amica, devotionis nutrimentum, contentiosis oblatratio, vanitatis fuga. *Ibid.*, *serm.* 4, divis. 8.

82. In silentio discitis, qualiter et cui loqui debeatis. *Ibid.*

83. Multa jurgia cessare facit, qui patiens est et tacet. *Ibid.*, *serm.* 13, divis. 8.

84. Bonum est silentium servare, et verba sua caute ponderare : qui enim silentium bene servat, quasi sacrum pecunia plenum secum ad domum mentis portat. *Prose.*

85. Dixit enim quidam expertus : quicquid boni faciendo colligo, hoc fere totum loquendo cum hominibus dispergo. *Ibid.*

86. Una hora silentii cum Deo expense, plus laedificabit conscientiam, quam tres horarum fabulis consumptae. *Ibid.*, *serm.* 30, divis. 6.

87. Silentium amica solitudinis est : nam ratio bene, nisi in solitudine custoditur. *Ibid.*, *serm.* 8.

88. Vellem me pluries tacuisse, et inter homines non fuisse. *Lib. 7, de Imit. Christ.*, cap. 40.

89. Nemo secure loquitur, nisi qui libenter tacet. *Ibid.*, cap. 20, sect. 2.

90. Oris silentium, pacis domicilium. In *Horulo rosar.*, cap. 8, sect. 2.

91. Qui nescit tacere cum tempus est, confundit se coram multis. *Ibid.*, cap. 9, sect. 2.

92. Inter confusos linguae sonos, neminem ponit tacuisse. *Homil. 5, de Oris insolentia.*

93. Sicut nimium malos loqui ingratum est, ita inutile est bonos semper tacere. *Prose.*

94. Tacendum est plane, cum improbus sermo labia quieti sollicitat : et loquendam, eum eos amicum pacis studia commendat.

95. Ita et loqui et tacere, perfectio est : est autem utriusque partis causa, verborum tenuis mensura.

96. Magnum est tacere, magnum est et loqui : sed sapientis est utrumque moderari.

97. Nam aliquoties nimia taciturnitas stultitia adscribitur, sicut et veriorum nimietas ad furorem referitur.

98. Jam malo aliquis tacendo stultus, quam nimium loquendo judiciorum insans. *Ibid.*

99. Taciturnus roquiem possidet. *Lib. 7, cap. 32, num. 3.*

100. Qui in taciturnitate silentiarii non edificat-

PHILO. IDE.

THOMAS

A. REMPE.

ANISTOTEL.

CATO PORT.

CICERO.

EPICTETUS.

MINUS PUB.

SENeca.

S. VALENT.

EPISCOPUS.

SEXTUS

PHILOSOPH.

VALERIUS

MARIANUS.

IN VIT.

PATR.

tur, neque in ejus sermone edificabitur. *Lib. 5, libell. 16, de Humilit.*, num. 42.

101. Peregrinatio nostra est tacere. In *Sent.*, sent. 62.

102. Impossibile est sine custodia oris proficere hominem vel in una virtute : prima enim virtus, custodia oris est. *Ibid.*, sent. 96.

## SENTENTIA PAGANORUM.

ANISTOTEL.

103. Mulieri decus affert taciturnitas, sed non ita viro. *Lib. 1, Polit.*, cap. 8.

CATO PORT.

104. Virtutem primam esse puta, compescere linguam. *Prose.*

CICERO.

105. Proximus ille Deo, qui scit ratione tacere. *Lib. 1, Distichor.*, metr. 5.

106. Nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutum. *Ibid.*, metr. 24.

107. Si quis stultus es, ea re tacet : non tamen quia tacet, ea re stultus es. *Lib. 4, de Arte rhet.*

108. Tibi diligentissime est lingua continanda. *Lib. 1, epist. ad Quintum fratrem.*, epist. 1.

EPICTETUS.

109. Majori ex parte silentium praestetur, aut necessaria dicantur, eaque paucis. In suo *Encheirid.*, cap. 41.

MINUS PUB.

110. Miserum est tacere cogi, quod cupias loqui. In suis *Sentent.*, sent. 224.

SENeca.

111. Quaedam salius est causae detrimento tacere, quam veredundie dicere. *Lib. 1, Controvers.* 2.

112. Non minus magna virtus est, seire desinere, quam scire dicere. *Ibid.*, *lib. 4, Controvers.* 26.

113. Quid prodest silentium, si affectus fremunt? *Epist.* 56.

114. Magna res est vocis, et silentii temperamentum. *De Moribus.*

115. Qui nescit lacere, nescit loqui. *Ibid.*

SEXTUS

PHILOSOPH.

116. De quibus ignoras, tace : de quibus autem certus es, loquere opportune. *Sent.* 152.

VALERIUS

MARIANUS.

117. Sapiens vir, et cum tacet, honorat Deum, *Ibid.*, *Sent.* 408.

118. Xenocrates cum maledico sermone quorundam summo silentio interesset, uno ex his quarente, cur solus linguam suam cohiberet : quia, inquit me fuisse locutum aliquando poenituit, tacuisse nunquam. *Lib. 7, Diolor. memoria.*, cap. 2.

Vide etiam tit. *Amisio*, sent. 104; *Castitas*, sent. 44; *Clamor*, sent. 69; *Interrogatio*, sent. 22; *Levitio*, sent. 29, 74, 72, 73, 116, 141, 142; *Meditatio*, sent. 85; *Multiloquium*, sent. 22; *Passio Christi*, sent. 30, 31; *Verbum otiosum*, sent. 7; *Verecundia*, sent. 9.

IN VIT.

PATR.

*Definitio.* Temerarius est, qui aggreditur quod super vires est. *Serm.* 6, in *Hexam.*

Temeritas est nequitia, quando audet quod nequit vel intemperantia sui. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 1.

Temeritas est rationis expertus proccae animi indisciplinatus excursus. *De Fract. carnis et spiritus*, cap. 6.

Temeritas est defectus consilii, et species imprudentiae. 2, 2, *Quest.* 53, art. 2.

Temere fieri dicuntur, quae ratione non reguntur. *Ibid.*, *Quest.* 53, art. 3.

Temeritas est cum inconsiderata laborum perpositione, periculum presumptuosa susceptio. *Lib. 4, de Arte rhet.*, ad *Herenn.*

Temeritas est audacia excessus ad timores, ubi non est opus. *De defectu.*

*Differentia.* Inter temeritatem et audaciam hoc interest : quod temeritas sine consilio dicitur, audacia post consilium. *Lib. 1, de Differentiis*, differ. 144.

## SENTENTIA PATRUM.

1. Impunitate nutritur audacia. *De Noe et Arca*, cap. 10.

2. Compescat se humana temeritas, et id quod non querat, ne id quod est non inveniat. *Lib. 2, de Genes contra Manich.*, cap. 2.

3. Qui vera virtute fortis est, non temere audet. *Epist.* 29, ad *D. Hieronymum.*

4. Temeritas asserendas incerto dubieque opinionis, difficile sacrilegii crimen evitat. *De Genesi ad lit. imperf.*, cap. 1.

5. Quidquid casu fit, temere fit. *De 83, Quest.*, quest. 24.

6. Per seipsam temeritas, non bene affecti animi signum est. *De Uultu credendis*, cap. 41.

7. Temeritas est quilibet ausus, quem non parturivit prudentia. *Lib. 1, de Consil.* ad *Eugen. Pap.*

8. Quomodo humana temeritas audet reprehendere, quod minime comprehendere valet? *Ibid.*, *lib.* 2.

9. Quid ad omnia se magis temere, quam libere consuevit ingerere, impossibile est cum aliquando non errare. *De duodecim Grad. humanit.*, gradu 2.

10. Quid miserius, quam ut res fragilis tantis ausibus insoleat? Super *Psalm. cxxvii.*

11. Nimium preceps est, qui transire contenti, ubi alium conspexerit cecidisse. *De Singular. cleric.*, cap. 2.

12. Temeritas suos crudeliter caelit amatores : non enim est malitia, cujus non sit mater temeritas. *Ad Monachos*, parones. 47.

S. BONAV.

GLOSS. ORD.

RUGO A S.

VICTORE.

S. THOMAS

AQUINAS.

CICERO.

PLATO.

S. ISIDORUS

HISPAL.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

S. EPHEM.



13. Temeritas odit veritatem, mendacium diligit, disciplinam non admittit, admonitiones rejicit, insolentia gaudet, contumaciam fovet, reprehensionem non suscipit, voluptates nutrit. Deum contemnit, homines non erubescit. *Ibid.*, etc.

14. Omnis actio temeritate vacare debet. Super *Levit.*, cap. II.

15. Temeritas facilitatis veniam continet, et inconsultus calor, calumnia vitio caret. In *Decret.*, part. 2, causa 2, quest. 3, can. *Si quem*, § *Temeritas*.

16. Temeritas incertis soboles existit. Orat. 20.

17. Illud tibi cavendum est, ne audax et temerarius sis, ne alioqui te impetiva, et praematura mors abripiat. Super *Ecclesiasten*, cap. 7.

18. Grandes materias, ingenia parva non sustinent; et in ipso conatu ultra vires ausa succumbunt. *Epist.* 3, ad *Heliodor.*

19. Quam dedecorosa est temeritatis impetus! Super *Psal.* cxxv.

20. Non providere quod desideretur, sed statim ignota cupere, furiosa audacia est, et praecipit temeritas. Super *Ecclesiasten*, cap. 6.

21. Sunt nulli temerarii in periculis et naufragis spiritualibus: temerarium enim est non cavere, ubi multa sunt pericula. Super *II Cor.* 13.

22. Audacia temeritatis plena, impudens et pertinax adeo est, ut impossibilia etiam invadere non vereatur. *Homil.* 71, super *Math.* *Oper. imperf.*

23. Temeritas est, quando quis ira percitis conviciatur modo qui neminem decet, aut seipsum ulciscitur, aut aliquo modo injuste quidquam audeat. *Serm.* 5, super *Epist.* ad *Philipp.*

24. Qui in homines temerarius est, in Deum quoque temerarius est. *Homil.* 7, super *II Tim.*

25. Qui caneta vult improba temeritate rimari, hic perit temeritate sua. *Ibid.*, *homil.* 8.

26. Fortitudo si nulla necessitate cogente, aut non pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritatem convertitur. *Lib.* 6, de *divin. Inst.*, cap. 14.

27. Impia temeritas sibi ipsi fraudat, sed rectis cordibus non potest. *Epist.* 36, ad *Martin. Presb.*

28. Temeritas non intervenit presumptionis, ubi est diligentia pietatis. *Epist.* 92, ad *Rustic. Narbonens. episc.*, cap. 16.

29. Ex ignorantia temeritateque magni casus proveniunt. De *Migrat. Abrahami*.

30. Temere se in periculis obicere, Deo gratum non est. Super *Math.*, cap. 12, in illud: *Secessi illic.*

31. Quaecunque super mensuram sunt, demonum sunt. In *Sent.*

SENTENTIA PAGANORUM.

32. Nihil est tam sanctum, quod non aliquando violet audacia. Orat. 2, pro *Roscio*.

33. Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur. Orat. 40.

34. Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate impellitur, temeritatis potius nomen habet, quam fortitudinis. *Lib.* 1, de *Offic.*

35. Crescit audacia experimento. *Lib.* 9, *epist.* 33, ad *Caninium*.

36. Temeritas sub titulo fortitudinis latet. *Epist.* 45.

37. Plerumque temeritatem casus juvat. *Lib.* 3 *Dietor. memorabil.*, cap. 8.

38. Temeritatis impulsu hominum mentes concussae, nec sua pericula respicere, nec aliena facta iusta estimatione prosequi valent. *Ibid.*, *lib.* 9, cap. 8.

Vide etiam tit. *Juventus*, sent. 30; *Nescire*, sent. 43; *Securitas*, sent. 11.

TEMPERANTIA.

*Etymologia.* Temperantia dicta est, vel eo quod salutaria provideat, vel quod corpus a sordibus conservet. De *Definit.*

*Definitio.* Temperantia vera et perfecta, est iusta moderatio motuum interiorum, et exteriorum operum. In *Paradiso animae*, part. 4, de *Virt.*, cap. 11.

Temperantia est affectio coercens et cohibens appetitum ab his rebus, quae turpiter appetuntur. *Lib.* 1, de *Lib. Arbit.*, cap. 13.

Temperantia est declinatio prosperorum; contemnit enim prospera. *Serm.* 4, de *Uno Martyre*.

Temperantia est virtus; sine qua omnis virtus est sine modo, quasi equus sine freno, et asinus sine chamo. *Ibid.*

Temperantia est amor Deo sese integrum, incorruptumque conservans. Part. 3, *Centiloqui*, sect. 12.

Temperantia est in illicitis animi impetus rationis firma et discreta dominatio. De *Fruct. carnis et spirit.*, cap. 45.

Temperantia est habitus laudabilis inclinans animam, ut afflictiones et operationes inde sequentes moderatae sint, et ordinatae secundum rectam rationem. Part. 4, in *Descript. termin.*, cap. *Temperantia*.

Temperantia est ratio in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firma et moderata dominatio. *Lib.* 2, de *Invent. rhetor.*

IN VITI PATR.  
CICERO.  
PLATO.  
HUGO CARD.  
S. BONAV.  
S. BONAV.  
HUGO A S. VICTORE.  
S. BONAV.  
CICERO.  
S. ANTHON.  
S. ALBER. MAGNUS.  
S. AUGUST.  
S. BONAV.  
S. AUGUST.  
HUGO A S. VICTORE.  
S. AUGUST.  
CICERO.

Intemperantia est a tuta mente, et recta ratione defectio. *Lib.* 4, *Tuscul. Quæst.*

Temperantia est moderatrix omnium commotionum. *Ibid.*, *lib.* 5.

Temperantia est moderatio animæ circa cupiditates, quæ in ipsa secundum naturam fiunt. De *Definit.*

Divisio. Hæc duæ partes sunt temperantiae, continentia scilicet et abstinentia. Super *Epist.* ad *Tit.*, cap. 1.

Productio. Ex temperantia procedit continentia, castitas, sobrietas, parcitas, largitas, moderantia, honestas, verecundia, abstinentia, modestia. De *quatuor Virtutibus*.

Temperantiae comites sunt: discretio, morigeratio, taciturnitas, jejuniu, sobrietas, afflictio carnis, contemptus seculi. De *Fruct. carnis et spirit.*, cap. 15.

Comparatio. Sicut a sessore mediante freno ducitur equus, sic caro a spiritu freno temperantiae gubernatur. *Tit.* 5, *Diat.*, cap. 6.

Quemadmodum temperantia sedat appetitiones omnes, et efficit ut hæc rectæ rationi pareant: sic huic inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. *Lib.* 4, *Tusc. Quæst.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Temperantia modum ordinemque servat omnium, quæ, vel agenda, vel dicenda arbitramur. *Lib.* 1, *Offic.*, cap. 24.

2. Ea est tranquillitas animi, et temperantia, quæ neque studio querendi afficitur, neque egestatis metu angitur. *Ibid.*, cap. 36.

3. In modestia et temperantia maxime tranquillitas animi, studium mansuetudinis, moderationis gratia, honesti cura, decoris consideratio spectatur. *Ibid.*, cap. 43.

4. Cibus parcimonia, potus abstinentia, docet vitia nescire, qui docet causas nescire vitiorum. *Lib.* 1, de *Virginit.*

5. Temperantia sacratæ vinculo charitatis, mysteriorumque contemplatione celestium, negligit corporis voluptates. *Ibid.*, *lib.* 3.

6. Temperantia est correctio prævia, disciplina magistræ. *Lib.* 1, de *Jacob.*, cap. 2.

7. Temperantia a peccato abstinet, seculum calcat, illecebrosa non querit. *Lib.* 5, super *Luc.*, cap. 6, in illud: *Beati pauperes*, etc.

8. Habet vir temperans in his rebus mortalibus et fluentibus vitæ regulam utroque testamento firmatam: ut eorum nihil diligit, nihil per se appetendum putet, sed ad vitæ hujus atque officiorum necessitatem quantum satis est, usurpet, utentis modestia, non amantis affectu. De *Moribus Eccles.*, cap. 21.

9. Omne officium temperantiae est contemnere omnes corporales illecebras, laudemque popularem, totumque amorem ad invisibilia et divina conferre. *Ibid.*, cap. 19.

10. Actio qua sese anima opulante Deo, ab amore inferioris pulchritudinis extrahit, virtus est quæ temperantia dicitur. *Lib.* 6, de *Mistica*, cap. 15.

11. Non posse a libidinoso operibus temperare non est natura institui hominis, sed pena damnati. *Lib.* 3, de *Lib. Arb.*, cap. 18.

12. Corpus nostrum, cum per temperantiam castigamus, si hoc propter Deum facimus, sacrificium est. *Lib.* 10, de *Civili Dei*, cap. 6.

13. Temperantia in senecta, non est temperantia, sed protervitas impotentia. *Conc.* 13, de *Baptism.*

14. Temperatum omne tam Deo quo hominibus est acceptabile. In suis *Proc.*, verbo *Temperatum*.

15. Non est temperantia in solis resuscandis superfluis, sed in admittendis necessariis. *Lib.* 4, de *Consid.* ad *Eugen. Pap.*

16. In omnibus negotiis temperantia utilis est. De *Ornam. Eccles.*, cap. 4.

17. In cibo et potu moderantiam serva, necessitatem, non delectationem require. In *Ezechiel. ad novit.*, art. 2.

18. Moderati viri carnem regunt, et spiritui subdunt. Super *Psal.* cxxxvii.

19. Facilis anima demergitur a demonibus, quæ temperantiam negligit. *Centur.* 2, sent. 67.

20. Esto temperatus in corde, medicis in opere: anima enim quæ temperamentum custodit, salubriter vivit. De *Anime medicina*, cap. 2.

21. Temperantia necessaria est, ne mediæ modum excedat. Super *Cont.*, cap. 8.

22. Non habet perpetuam castimonie puritatem, quisquis non iugem temperantiae equalitatem tenere contentus est. *Lib.* 5, de *canob. inst.*, cap. 9.

23. Generalis hæc temperantia modus est, ut secundum capacitatem virum, vel corporis, vel ætatis, tantum sibi meti cibi unusquisque concedat, quantum sustentatio carnis, non quantum desiderium saturitatis exposcit. *Collat.* 2, *Abbat. Moysis*, cap. 22.

24. Omne quod cum moderatione fit, salubriter fit: quæ cum temperantia fiunt, salubria sunt. *Lib.* 2, de *Synonyma*, cap. 16.

25. Ita temperantia adhibenda est, ut et vitia carnis non prævaleant, et vis ad ministerium bonæ operationis sufficiat. In *Regula monachor.*, cap. 9.

26. Sic nobis edendi est moderanda libertas ut etiam alia cupiditates eadem lege frenentur. *Serm.* 4, *Quadrages.*

S. BASILIUS MAGN.  
V. BEDA.  
S. BERNARD.  
S. BRUNO.  
MONYUS CARTHUS.  
GLOSS. INT.  
HUGO A S. VICTORE.  
HUGO CARD.  
JOAN. CASS.  
S. ISID. HISP.



27. Maxime frenis continentie caro moderanda est, et quiddid sublimibus desideriis obviat, amputandum. *Serm. 7. Quadrag.*

28. Sicut quedam sunt, que nulla possunt ratione convelli: ita multa sunt, que aut pro consideratione actuum, aut pro necessitate rerum oportet temperari. *Epist. 92. ad Rustic. Narbonens. episcopum.*

29. Delectatio edendi, etiam corporum contraria est salutis, nisi ratio temperantia obsistat illecebre, et quod futurum est oneri, subtrahat voluptati. *Serm. 8. de Sejun. septimi mensis.*

30. Felicitas semper parca temperantia est, quam profusa luxuria. *Serm. 8. de Sejun. septimi mensis.*

S. PROSER. 31. Temperantia, temperantem facit, abstinentem, parcum, sobrium, moderatum, pudicum, tacitum, serium, verecundum. Libidines frenat, affectus temperat, desideria sancta multiplicat, vitiosa castigat. Omnia intra nos confusa ordinat, ordinata corroborat. Cogitationes pravas removet, inserit sanctas. Ignem libidinosam voluptatis extinguit, animi teporem desiderio future remunerationis accendit, mentem placida tranquillitate componit, et totam semper ab omni vitiorum tempestate defendit. *Lib. 3. de Vita contemplat., cap. 19.*

S. THEODOR. 22. Homo qui temperatus est, Deo est charus, similis enim illi est, qui vero non est temperatus, absimilis plane est. *Lib. 12. de Virtute activa.*

## SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL. 33. Abstinentia a voluptatibus officium temperantia: et facti jam temperati maxime ab ipsis possunt abstinere. *Lib. 2. Ethic., ad Nicomach., cap. 2.*

34. Qui a corporis abstinet voluptatibus, si hoc ipso gaudet, temperans est: sin molestie fert, intemperans. *Ibid., cap. 3.*

CHILO LACED. 35. Temperantiam exerce. *In Dicitis sapient. ex Grec., dict. 3.*

CICERO. 36. Temperantia si in te est, non sinet te quiddam immoderate facere. *Lib. 2. Tusc. quest.*

PLATO. 37. Temperantia voluptatibus et cupiditatibus dominatur. *De Convivio.*

38. Nullum est temperantie cum dissoluta nimisque voluptate commercium. *Lib. 3. de Republ.*

SENECA. 39. Sepe quiddam virtute erat partum, intemperantia corruit. *Epist. 4.*

40. Temperantia voluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias dispensat, et ad sanum modum redigit. *Prose.*

41. Sicut optimum esse modum cupitorum, non quantum velis, sed quantum debeas sumere. *Epist. 88.*

42. Nihil aequo tibi proderit ad temperantiam

omnium rerum, quam frequens cogitatio brevis avi, et huius incerti. *Epist. 144.*

Vide etiam tit. *Licentio*, sent. 44; *Monachus*, sent. 74; *Nimicus*, sent. 13; *Virtutes cordivates*, per totum; *Virtutum connectio in genere*, sent. 6, 38; *Virtutum connectio in specie*, verbo *Temperantia*.

## TEMPLUM.

*Etymologia*. Templum dictum est, quasi tectum amplum. *Serm. Dom. 4 post Epiphon.*

*Definitio*. Templum est locus orationis, et oblationis Deo summo dicatus. *Super Apocal., cap. 21.*

## SENTENTIE PATRUM.

1. Adorari in templo debet, non negotiari, vel confabulari. *Part. 3. tit. 12. de Ecclesiis, cap. 7, § 2.*

2. Habitat in singulis Deus, tanquam in templis suis, et in omnibus simul in unum congregatis, tanquam in templo suo. *Epist. 57. ad Dardanum.*

3. Templum totius summas Trinitatis sancta est Ecclesia. *In Enchiridio, cap. 66.*

4. Templum Dei violat, qui violat unitatem. *Super Psalm. x, vers. 4: Dominus in templo sancto suo.*

5. Si negotiationis domus non debet fieri domus Dei, dissolutio debet fieri? *Tract. 10, super Evang. Joan., de cap. 11.*

6. O error horrendus! itane, o Caipha, ut placeas Deo percutis placentem Deo, et templum Dei vivum feriente prosternitur, ne Dei templum lapideum deseratur? O execrabilis caecitas! *Ibid., tract. 93, de cap. xvi.*

7. O quam plures sunt qui prius tabernam visitant, quam templum! *Serm. 33, ad Frat. in eremo.*

8. Templum uni et soli vero Deo debetur. *Epist. 49, quest. 3.*

9. Templum Dei sumus in ista peregrinatione, sed magis in caelis. *Epist. 57, quest. 4.*

10. Simul omnes unum templum, et singuli singula templa sumus; quia non est Deus in omnibus, quam in singulis major. *Ibid.*

11. Sanctificatio qua officium, et singuli templa Dei, et in unum omnes templum Dei, non est nisi renatorum, quod nisi nati homines esse non possunt. *Ibid., quest. 2.*

12. Deus qui ubique praesens est, et ubique totus, non in omnibus habitat; sed in eis tantum quos efficit beatissimum templum suum, vel beatissima templa sua. *Ibid.*

13. Videns diabolus templa demonum deserti, haereticos movit. *Lib. 18, de Civit. Dei, cap. 51.*

14. Nos martyribus nostris non templa sicut diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quo-

rum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus. *Ibid., lib. 22, cap. 10.*

15. Templum non est factum ab hominibus, nisi aut vero Deo, aut eis qui pro diis habentur. *Lib. 3, contra Maxim., cap. 3.*

16. Spiritui sancto templum non facimus, sed nos ipsi sumus. *Contra serm. Arianae, cap. 29.*

17. Nos locus Dei sumus, quoniam templum eius sumus. *Tract. 111, super Joan.*

18. Si templa construis sanctis Dei, eorum etiam trophaea constitue. *Apud D. Joan. Damasc., orat. 4, de Imag.*

19. O vanitas vanitatum! sed non vanior quam insanior: fulget Ecclesia in parietibus, et in parietibus eget; suos lapides induit auro, et suos filios nudos deserit. Inveniunt curiosi quo delectentur, et non inveniunt miseri quo sustententur. *In Apolog. ad Guillelm. Abbat., cap. O videntes.*

20. Templum sanctum est. Deo mens pia, et altare optimum cor eius. *Ibid.*

21. Sancta et laudabilis vitae consuetudo, templum est. *Super illud Psalm. v: Adorabo ad templum, etc.*

22. Illud vere templum Domini est, in quo fides vera, conversatio sancta, et omnium virtutum chorus est. *Super illud Hierem. vii: Templum Domini, etc.*

23. Quid prodest audacter ingredi limen domus Domini, et erecta stare cervice; et non solum cor, sed et manus habere pollutas? *Ibid.*

24. Templum Dei superna patria est. *Lib. 2, in 1 Rep., cap. 3, super illud: Amaliam suam videt in templo.*

25. Figuram civitatis superae, Salomonis templum gestavit. *Super septem Psalm. Penit., in Psalm. I, vers. 49.*

26. Verum Christi templum anima credentis est: illam exorna, illam vesti, illi offer donari, in illa Christum suscipe. *Prose.*

27. Qua utilitas est, parietes fulgere gemmis, et Christum in paupere fame periclitari? *Epist. 13, ad Paulin.*

28. Vas aureum et argenteum, non tam charum Deo est, quam templum corporis virginialis. *Epist. 22, ad Eustoch.*

29. Jesus ingressus in templum, ea que templi non erant, projecit. *Ibid.*

30. Vis corpus Christi in templo honorare, non despicias ipsum nudum: neque hic quidem in Ecclesia sericis pannis induas, foris autem frigore ac nuditate confici, negligas. *Prose.*

31. Cum ades exornis, ubi afflictum fratrem despiciere, hoc enim templum multo principalis: nam illud infidelis, reges et latrones capere possunt, quiddam autem benigne in fratrem faceris,

nee diabolus ipse poterit nunquam eripere, sed manet thesauris aeternis reconditum. *Homil. 51, super Matth., Oper. perf.*

32. Quid facis homo? mulierum speciem curiosus in ecclesia perscrutaris: nec horrescis, tanta Dei templum officens contemtor? prositidumne tibi videtur ecclesia, et toro ignobilior? nam in foro erubescis: etiam times ne quis te videat: in ecclesia vero Dei, nec horrescis, nec pavescis, nec stupeas. *Ibid., homil. 74.*

33. Templum hominum, est edificatio lapidum pulchre composita; templum autem Dei, est congregatio electorum religiose conversantium. *Homil. 47, super Matth. oper. imperf.*

34. Argenteas quidem autenas ad lucernas in templo suspendis, ipsum autem in carcere vincitum ne vis quidem viseres. *Homil. 60, ad Pop. Antioch.*

35. Pietatis argumentum est, assidue ad sancta loca commeari, ac crebris intercessionibus Deum placare. Vult enim Deus homines ad templorum portus continue appellere. *Lib. 2 Parall., cap. 44.*

36. Sit nobis Deus, non in templis, sed in corde nostro consecratus: destructibilia sunt omnia, que manu sunt. Mundemus nos templum, quod non fumo, non pulvere, sed malis cogitationibus sordidatur, quod non cereis ardentibus, sed claritate ac luce sapientie illuminatur. *De ira Dei, cap. 23.*

37. Non templa Deo simpliciter congestis in altitudinem saxis struenda sunt, in suo cuique consecrandum est pectore, quoniam ipsum est Dei templum. *Lib. 6, de Divin. Inst., cap. 25.*

38. In templum Domini (quod est Ecclesia Christi) nil contaminatum inferri, nil profanum oportet admitti. *Serm. 4, Quadrag.*

39. Veri Dei templum non patet profanis sacrificiis. *Lib. 2, de Victimis.*

40. In templa passim omnes sordidi atque flagitiosi, sine ulla penitus reverentia irrumpunt: non quia non omnes ad exorandum Deum currere debeant, sed quia qui ingreditur ad placandum, non debet egredi ad exacerbandum. *Lib. 3, de Gubern. Dei.*

41. Templum profecto Dei sumus, sed cum benefacimus; verum non est Dei templum, ubi convenit multitudo vitiorum. *Homil. 14.*

42. Templum sanctum est Deo, mens pii: et altare est optimum ei: cor mundum et sine peccato. *Sent. 40.*

Vide etiam tit. *Zelus*, sent. 28.

## TEMPORALE.

1. Oh cum quanto labore ea, que in mundos sunt

S. ANTONIUS DE PARRIS.

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BERNARD.

S. AUGUSTINUS.

GLOS. ORD.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. HIERONIMUS.

S. IOHANNES CHRYSOSTOMUS.

S. JOHANNES DAMASCIUS.

LACTANTIUS FIRMICIANUS.

S. LEO I.

PHILO IUDAEUS.

SALVIANUS.

S. VALENTINUS EPISCOPUS.

SIXTUS PHILOSOPHUS.

S. ANTONIUS.



quærentur, divitiæ, delicta, voluptates, honores, dignitates : cum quanto timore ea amittendi possidentur et sollicitudine ; cum quanto dolore perduntur, vel auferuntur. Part. 2, tit. 5, cap. 14, § 3.

2. Temporalia sunt vitia ob conditionem, deceptibilia ad felicitatem, defectibilia ad permanentiam, inquinabilia ad transgressionem, impediabilia ad perfectionem, obligabilia ad rationem, nocibilia ad conservationem. Part. 4, tit. 14, cap. 2.

3. Quid est aurum et argentum ? certe spuma terre ; quid sericum ? nonne stercus vermium vilissimorum ? *Proseec.*

4. Quid vestes laneæ ? nonne vellus pecorum ? quid palatia ? nonne lapides insensibiles ? quid agri ! nonne terra ? quid gloria temporalis ? nonne ventus ? *Ibid.*, cap. 2, § 4.

S. ANTONIUS DE PADUA.

5. Abundantia temporalium infelix anima ita suffocatur, ut sepulta mole consuetudinis male premitur. *Serm. Dom. 6 post Pascha.*

6. Non est evidentiæ signum æternæ damnationis, quam cum temporalia ad votum succedunt : sanctis autem Dominus subtrahit temporalia, ne amittant æterna. *Serm. 1 post fest. Trinit.*

7. Fides spernit temporalia, quæ quisquis diligit, fidem abijcit. *Ibid.*

S. AUGUST.

8. Non tibi alienis exemplis persuadendum est, quam fluxa et fragilia, et plena calamitatum sint omnia, quæ bona mortales putant ; cum ita ex aliqua parte bene expertus sis, ut ex te cæteris persuadere possimus. Lib. 1, *contra Academicos*, cap. 1.

9. Jubet lex æterna avertere amorem a temporalibus, et cum mundatum convertere ad æterna. Lib. 1, *de Lib. Arbitr.*, cap. 15.

10. Nondum habet ad æterna contemplanda idoneam mentis aciem, qui temporalibus credit. *De vera Relig.*, cap. 54.

11. Animus nullo modo sanus existimandus est, qui non temporalibus æterna preponit. *Epist. 221, ad Probam*, cap. 7.

12. Quanto sunt charitati futura meliores, tanto sunt infirmitati violentiora presentia. *Epist. 144, ad Anastas.*

13. Inter temporalia et æterna hoc interest, quod temporale aliquid plus diligitur, antequam habeatur, vilescit autem cum advenit : æternum autem ardentius diligitur adeptum, quam desideratum. Lib. 4, *de Doctrina Christ.*, cap. 38.

14. Inutilia temporalia decipiunt agrotos, utilia temporalia suscipiunt sanandos, et trahunt ad æterna sanatos. Lib. 4, *de Trinit.*, cap. 18.

15. Temporalia antequam sint non sunt, et cum sunt, fugiunt : et cum fugerint, non erunt. Lib. 3, *de Lib. Arb.*, cap. 7.

16. Bonus temporalibus nec bonis extollitur, nec malis frangitur ; malus autem inde infelicitate punitur, quia temporalium felicitate corrumpitur. Lib. 4, *de Civit. Dei*, cap. 8.

17. Temporalibus magis tendum est, quam fruendum, ut frui mereamur æternis. *Ibid.*, lib. 4, cap. 25.

18. Qui temporalibus gaudent, bona æterna desiderare non noverunt. *Super Psalm. LIII*, vers. 2.

19. Sicut pili non sunt pars corporis, sed quedam superfluitas procedens a corporis humore : sic bona temporalia non sunt nobis naturalia, sed aliena et superflua. *De Contemptu mundi*, cap. 3.

20. Nihil est aliud male facere, quam neglectis æternis temporalia sectari. Lib. 1, *de Libero Arb.*, cap. 16.

21. Non sicut æterna temporalibus, ita ea quæ diutius abolerunt, iis quæ breviori tempore transcunt, præferenda sunt. Lib. 6, *de Musica*, cap. 4.

22. Amor verus temporalium non expugnaretur, nisi aliquæ suavitatis æternarum. *Ibid.*, cap. 16.

23. Temporalibus bonis non fiunt homines boni, sed aliunde boni facti, bene utendo faciunt ut ista sint bona. *Epist. 121*, cap. 2.

24. A dolore amissionis honorum temporalium atque detrimento, tanto quisque securior, quanto ea vel minus amaverit, vel tanquam non habens habuerit. *De Fide et Oper.*, cap. 16.

25. Repente pleræque accidunt tribulationes quæ turbant quietem ipsius vitæ mortalis, cum est in securitate rerum quamvis temporalium. *Annot. in Job*, cap. 10.

26. Deus temporalia movens, temporaliter non movetur. Lib. 10, *de Civit. Dei*, cap. 12.

27. Præ amore æternorum, temporalia mihi cuncta vilescunt. *Tract. 52, super Joan.*

28. Christus propter te factus est temporalis, ut tu fias æternus : quia et ille sic factus temporalis, ut tu maneret æternus. *Tract. 2, super Epist. Joann.*

29. Qui non temporalia querit in Ecclesia, inerat ut sibi aliquid æternum promissum lenitate quo perveniat. *Ibid.*, tract. 5.

30. Transitoria ista quæ stare tibi nullo pacto queunt, fac ut a te transeant, non per te. *Proseec.*

31. Rivus qua fluit, cavat terram : sic discursus temporalium conscientiam rodit. Lib. 4, *de Consid. ad Eugen. Pap.*

32. Qui diligitur in amore temporalium rerum, in Deo nullatenus delectatur : quia curæ temporalium rerum, ab intentione Dei avertunt animum. *Serm. 8, ad Sororem.*

33. Septem sunt in temporalibus, quæ hominibus

appetunt : poenitia, scientia, pulchritudo, dignitas, potentia, fortitudo, sanitas. *Super Psalm. civ.*

34. Si temporalia petas, quomodo ille præstabit, quæ si habes, præcepti ut contemnas ? *Super Luc.*, cap. 11, in illud : *Omnia quæ petis accipit.*

35. Illa omnia temporalia bona æternis bonis comparata, sunt vilissima stercora. *Serm. 1, de SS. Philipp. et Jacobo.*

36. Non est Christianæ dignitatis, in temporalibus exaltari, sed potius deprimi. Lib. 1, *Pharetrae*, cap. 9.

37. Quid vis ? an amare temporalia et transire cum tempore, an Christum amare et in æternum vivere ? In collat. *de Contemptu seculi.*

FRANCISCUS TITELMAN.

38. Hic homo in vita temporalis, quantas sollicitudines, labores, molestias, timores, et mille incommoda sustinet pro rebus temporalibus sive acquirendis, sive augmentandis, sive conservandis. In annot. *super Psalm. XLVII*, vers. 8.

GLOSS. ORD.

39. Qui abundant in bonis spiritualibus, temporalia quantumcumque modica eis sufficiunt, imo pro divitiis computantur. *Super Psalm. XXXII.*

GLOSS. INT.

40. Præ amoris magnitudine, omnia temporalia sunt mihi fastidio. *Super illud Cant. v : Amore languo.*

GLOSS. ORD.

41. Temporalia in hac vita Deus ad utendum, æterna ad fruendum : illa, unde bona faciamus : ista, unde boni efficiamur. *Super illud I Tim. vi : Qui præstat nobis abunde, etc.*

S. GREGOR. MAGNUS.

42. Perfectus Christianus quomodo debet res terrenas jurgando defendere, quas nunc præcipitur non possidere ? Lib. 31 *Moral.*, cap. 8.

43. Qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. *Ibid.*, lib. 48, cap. 8.

44. Si semel in appetitu supernæ patriæ forti stabilitate animus figitur, minus rerum temporalium perturbatione vexatur. *Ibid.*, lib. 22, cap. 20, num. 15.

45. Qui transeuntia amplectitur, eo ipso ad decursum ducitur, quo decurrentibus implicatur. *Ibid.*, lib. 8, cap. 24.

46. Quidquid temporale est subitum est, et ad instar puncti momentaneum. *Ibid.*, lib. 45, cap. 24.

47. Tanto quisque minus dolet, quod desinit æterna, quanto magis gaudet, quod adsint temporalia : et qui minus dolet quod desint temporalia, certius expectat ut adsint æterna. *Ibid.*, lib. 22, cap. 2.

48. Tanto nos necesse est instantius æterna querere, quanto a nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. Lib. 3 *Dialogi*, cap. 38.

49. Temporale hominum difficile habetur, et cito mittitur. Lib. 5, in 1 *Reg.*, cap. 2.

50. Continuus successus temporalium, est cetero.

Tom. IV.

tum futuræ calamitatis indicium. *Hab. apud D. Antonin.*, part. 4, tit. 3, cap. 7, § 10.

51. Prava mens quanto magis foris transitoria appetit, tanto amplius intus a desiderio æternorum conticescit. *Super Thron.*, in illud II : *Accincti sunt cilicis, etc.*

52. Quam magnum damnum incurrit, qui pro rebus transeuntibus, hoc unde debet esse beatus, perdit ! *Super Regul. D. Aug.*, cap. 8.

53. Terrena corrumpuntur, finem expectant, pulchritudinis amittunt florem, bonitatis fructu privantur. Lib. 4, *de Claustro animæ*, cap. 4.

54. Ille prudentissimus est, qui sic scit transeuntia in usum vertere, ut tamen non norit in eorum defectu mentem a sua stabilitate declinare. Lib. 4, *de Vanit. mundi.*

55. Cæci sunt homines, cum temporalia præponunt spiritualibus. *Super Gen.*, cap. 21.

56. Continuus successus temporalium, manifestum est divinæ reprobationis indicium. *Ibid.*, cap. 24.

57. Scientia verbi Dei amittitur, dum nimis ad temporalia intenditur. *Ibid.*, cap. 37.

58. Præ desiderio æternorum respicienda sunt temporalia. *Ibid.*, cap. 47.

59. Tanto acrius temporalia despicunt sancti quanto etiam hæc habere malos cernunt. *Super Job*, cap. 17.

60. Temporalia sunt mendacium : primo promittunt securitatem, et solvunt timorem ; secundo promittunt societatem, et solvunt oporiam ; tertio promittunt delectationem, et pungunt : quarto promittunt honorem, et solvunt opprobrium ; quinto promittunt libertatem, et inducunt servitutem ; sexto promittunt beatitudinem, et faciunt miserum. *Super Psalm. iv.*

61. Temporalia superficialia et falsa et vana sunt : unde nihil est ibi soliditatis, quod vel morderi possit, vel comedi : sed linguntur, et desiderium accendunt : non satiant, sed peccatores ad appetendum provocant. *Super Psalm. LXXI.*

62. Non est genus tormenti, quo temporalia non torquant amatores suos. *Super Eccles.*, cap. 1.

63. Stultus est, cui sapientia temporalia, et desipiunt spiritualia. *Super Isa.*, cap. 32.

64. Non est Christianæ dignitatis his temporalibus exaltari, sed potius deprimi : cum mali nihil habeant in celo, et boni nihil in mundo. Lib. 2, *de Contemplat.*, *de vera patient.*, cap. 1.

65. Nihil perpetuum quod videtur : quæ enim videntur temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna. *Epist. 15, ad Romanos.*

66. Omnia humana in figura tantum sunt, et

HUGO A. S. VICTORIS.

HUGO CARD.

IDIOTA.

S. IGNATIUS MART.

S. JOANNES



CHRYSOST. sicut umbra et somnium transeunt, nihil solidum, nihil verum habentia. Homil. 35, super Gen.

67. Fluxa sunt temporalia, nec quidquam hic firmum ac stabile: non divitiæ, non potentia, non gloria, non vita ipsa, sed singula finem habent. Homil. 4, de *Fide Annæ*.

68. Necessarium est qui terrenis rebus inhiat, a celestibus decidat. Homil. 7, super *Joan.*

69. Præsentia omnia, præ futuræ beatitudinis spe, ridicula sunt. *Ibid.*, homil. 43.

70. Præsentia nihil aliud sunt, quam tinearum et vermium esca. Homil. 84, super *Joan.*

74. Res ipse singulis diebus, tuba quavis clarior declamant, quam sint omnia hujus mundi vilia, quam ridicula, quam turpia, quam periculosa, quam profundi baratarii. Serm. 14, super *Epist. ad Rom.*

72. Carnalis homo rebus presentibus addictus est, atque in his perpetuo versatur. Homil. 6, super *II Cor.*

73. Cura rerum temporalium hyems est atque hyeme tristior. Homil. 7, super *II Cor.*

74. Nihil formidolosius hominè rebus temporalis affixo, troperet quod ille virit vitam Cain, quodidie temptet. *Ibid.*

75. Labor immensus in mundanis, fructus autem parvus, sæpius ne parvus quidem. *Ibid.*, homil. 9.

76. Despiciamus præsentia et desideremus futura: præsentia enim umbrae sunt et solinnia. Homil. 50, super *Genes.*

77. Quid in ipsis rebus presentibus utilitatis est? quid quod stabile sit ac diuturnum? *Prose.*

78. Neque id solum, verum etiam tum quoque cum adsunt, ingens ipsis ærumma conjuncta est, ingens meror, ingens et perpetua sollicitudo.

79. Si quidem carum voluptati ac percæptio nihil non mestitiæ ac doloris adnexum est, ipsarum divitiæ paupertas sunt, ipsarum sublimitas, extrema dejectio. De *SS. Barlaam et Josephat*, cap. 2.

80. Cuncta temporalia quasi herbae virentes arescunt et transeunt, ideoque pro æternis rebus, que nunquam arescunt, recte Iste Dei servus contemnit, quia in eis stabilitatem non aspicit. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 16, sent. 6.

81. Terrena omnia servando amittimus, largiendo servamus: patrimonium enim retentum perit, manet autem erogatum. *Ibid.*, cap. 60, sent. 3.

82. Diu enim cum rebus nostris durare non possumus; quia aut nos illas moriendo deserimus, aut illas non viventes deserunt. *Ibid.*

83. Suo augmento perit, dum id quod videtur

S. JOAN. DAM.

S. ISIDORUS HISPALENS.

in futuro proficere, in præterito deficit. *Ibid.*, cap. 61, sent. 2.

84. Si bona mundi hujus peritura credimus, cur peritura tanto amore cupimus? *Ibid.*, cap. 41, sent. 8.

85. Qui temporalia maluerit, carabit æternis: qui terrena prætulit, celestia non habebit. Lib. 6, de *Divin. Inst.*, cap. 21.

86. Bona temporalia fallacia sunt, quorum incerta et caduca possessio est. *Ibid.*, lib. 7, cap. 27.

87. Temporalia sunt fugienda, ut ad æterna veniamus. In *Eptome*, cap. *Itæ*.

88. Spemenda sunt terrena, ut celestibus oremur. *Ibid.*

89. Temporalia amata inquinant, inquinata autem anima Dei amore digna non est. De *Ligno vite*, tract. 4, de *Charit.*, cap. 12.

90. Hospes ille est, cui sordeat humana. *Parænes.* 14.

91. Omnia mundana, umbra et fumus, et bulla sunt. *Ibid.*, *Parænes.* 214, etc.

92. Inhians temporalibus, deserit sempiterna. Serm. 22.

93. Ad hoc dantur temporalia bona, quatenus per hæc acquirantur æterna, ne (quod absit) in statuta districti iudicis malum præponderet, pendus boni operis inanescat. Lib. 4, epist. 2, ad *B. episc.*

94. Cogita temporalia mutari momento minimo, et simul ac effluverunt, marcescere. Lib. 2, de *Victimis.*

95. Qui temporalia bona seclatur ac diligit, quis et quanta sit divitiæ dulcedinis multitudo non dicit. Lib. 2, de *vita Contemplat.*, cap. 16.

96. Totum quod in hoc mundo agitur, temporale est et transitorium. Super *Psalm. cxlvj.*, vers. 3.

97. Dimitte omnia transitoria, quære æterna. *Prose.*

98. Quid sunt omnia temporalia, nisi transitoria, nisi seductoria? Lib. 3, de *Imitat. Christ.*, cap. 1.

99. Abundantia temporalium, occasio est iurgiorum et mater vitiorum. De *Discipl. claustr.*, cap. 12.

100. Vere nihil est stultius, quam quærere dubia, et acquirere peritura. Homil. 20, de *Acurit.*

SENTENTIA PAGANORUM.

101. Fragilia et caduca non minus quam ipsi homines, occidunt desinuntque. Lib. 2, epist. 15, ad *Octavianum.*

102. Omnia humana brevità et caduca sunt, infiniti temporis nullam partem occupantia. De *Consolat. ad Marcianum*, cap. 20.

103. Angustus animus est, quem terrena delectant. De *Consolat. ad Helvianum*, cap. 9.

LACT. PIEM.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. NILES.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. PETRUS DAMIANUS.

PHILO JER.

S. PROSPER.

TROMAS KEMPIS.

S. VALER. EPISCOPUS.

PLINIVS II.

SENECA.

TEMPUS.

404. Quidquid circa te jacet rerum, tanquam hospitalis loci sarcinas specta. Epist. cu.

405. Ostenduntur res iste, non possidentur, et dum placet, transeunt. Epist. cx.

Vide etiam tit. *Acquirere*, sent. 17; *Comparationes*, sent. 23; *Delectatio*, sent. 93; *Dispensatio*, sent. 9; *Festivitas*, sent. 8; *Petitio*, sent. 62; *Rapina*, sent. 6, 7, 8; *Retinere*, sent. 32; *Res*, sent. 55, 65, 67, 69, 72, 73, 75; *Sarcinas*, sent. 12, *Vandiquium*, sent. 84.

TEMPUS.

GLOSS. ORD. *Definitio.* Tempus est vicissitudo dierum et noctium. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. 40, in illud: *Tempus amplius non erit.*

S. GREGOR. NYSES. Si tempori desit mensura, aut mensura opportunitas cum eo quod restat, omnino etiam id quod adest, est inutile: sed et in tempore conveniens est symmetria, et in mensura utilis est opportunitas. Homil. 4, super *Eccles.*

HUGOCARD. Tempus est mensura habens finem et principium. In Prologo super *Joan.*

S. LAURENT. JUSTIN. Tempus nihil aliud est, quam mensura motus colorum. Part. 2, serm. de *Vita solitaria*, cap. 40.

CICERO. Tempus generaliter definire difficile est, pars quedam æternitatis est, et est id quod nunc utimur. Lib. 1, de *Invent. rhetor.*

LACT. PIEM. *Divisio.* Omnia tribus temporibus contineri necesse est: præterito, presenti, futuro. *Prose.* Præteriti est origo, presentis substantia, futuri dissolutio: incipimus enim cum nascimur, et sumus cum vivimus, et desinimus cum interimus. De *divin. Inst.*, lib. 2, de *Origine erroris*, cap. 11.

SENECA. Tempus tribus partibus constat, præterito, presenti, et futuro. Epist. 124.

SENTENTIA PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Habet thesaurum magnum, qui tempus ei concessum virtuose expendit. Part. 2, tit. 1, cap. 3, § 3.

2. Unicaque temporis congruit propria sollicitudo, sicut temporis ætatis competit sollicitudo metendi, et temporis autumnus sollicitudo vindemiae. *Ibid.*, cap. 25, § 2.

3. Debet tempus diligenter conservari, non perdi: nam et pretiosissimum est et brevissimum et est ejus usus examen fiendum subtilissimum. *Prose.*

4. Tam pretiosum est tempus, quod damnati darent omnes thesauros mundi, si haberent in potestate suo, pro habendo momento temporis. Part. 2, tit. 6, de *Acedia*, cap. 14, § 1.

5. Nihil ita proprium possidemus, sicut tempus. *Ibid.*

6. Omne tempus tibi impensum a te exigitur, qualiter fuerit expensum: et sicut capillus a capite non peribit, ita nec momentum a tempore, de quo non exigitur ratio. *Ibid.*

7. Quid est tempus? si nemo ex me quaerat, scio: si quaerenti explicare velim, nescio; fidenter tamen dico scire me, quod si nihil præteriret, non esset præteritum tempus, et si nihil adveniret, non esset futurum tempus, et si nihil esset, non esset præsens tempus. Lib. 11 *Confes.*, cap. 14.

8. Spatium temporis quod subvenienti breve est, longum est amanti. Super *Psalm. cxviii.*, conc. 20.

9. Nihil de præterito revocatur, quod futurum est transitorium expectatur, nondum habetur dum venit, non tenetur dum venerit. Super *Psalm. xxxviii.*, vers. 6.

10. In omnibus actionibus et motibus nostris, et in omni prorsus agitatione creature, duo tempora invento, præteritum et futurum. *Prose.*

11. Præsens quaero, nihil stat: quod dixi, jam non est: quod dicturus sum, nondum est: quod vixi, jam non est: quod victurus sum, nondum est.

12. Præteritum et futurum invento in omni motu rerum; in veritate que manet, præteritum et futurum non invento, sed solum præsens, et hoc incorruptibiliter, quod in creatura non est. Tract. 38, super *Evangel. Joan.*, de cap. viii.

13. Incertus dies tanquam quotidianus sperandus est. De *decem chordis*, cap. 2.

14. Non quiescent usque nunc murmurare homines laudando tempora præterita, accusando tempora presentia. De *Tempore barbarico*, cap. 3.

15. Dies malos duæ res faciunt, malitia et miseria hominum. *Prose.*

16. Duceunt viæ, agunt tempora, oritur sol, occidit sol, transeunt tempora.

17. Cui molesta sunt tempora, si homines sibi non sint molesti?

18. Ergo dies malos duæ res faciunt, miseria hominum et malitia hominum: sed miseria communis est non autem malitia. De *Verbis Apostoli*, serm. 24.

19. Perdo aliquid ut Deo vaces, non libus perde: ex eo quod perdes, pretium est temporis. *Prose.*

20. Quando aliquid amittis, ut aliquid habeas, tunc emis: quod habes, emptum est, quod amittis, pretium est.

21. Quomodo ergo perdis nummos, ut emas tibi aliquid: sic perde nummos, ut emas tibi quietem.

S. AUGUST.



22. Quanto tempus perdidisti, tanto melius est, ut nummos amittas, et tempus redimas. *Ibid.*
23. Sic se habet miseria conditionis humane et Dei miseratio, ut prius sit tempus mortis, posterius lætitiæ: prius sit tempus laboris, posterius felicitatis. *Serm. 2, fer. 5 Paschæ.*
24. Duo sibi tempora ordine suo succedunt, tempus fiendi et tempus ridendi: nemo se circumveniat, fratres, non est in hoc mundo tempus ridendi. *Serm. 1, de S. Laurentio.*
25. Deus non operatur ad tempus, et tamen facit tempora, et quietem ex tempore. *Lib. 13, Conf., cap. 37.*
26. Deus fecit tempora, et ideo antequam faceret tempora non erant tempora. *Lib. 1, contra Manich., cap. 2.*
27. Dicuntur tempora eterna, non tamen sic sunt eterna tempora quomodo eternus est Deus; quia Deus est ante tempora, qui fabricator est temporum. *Ibid.*
28. Multum pretiosa rebus salubribus impendenda temporum spatia. *Lib. 2, de Gen. ad lit., cap. 2.*
29. Nulla tempora vel sunt, vel esse poterunt, vel poterunt, quorum Deus non sit creator. *Ibid., lib. 4, cap. 201.*
30. In Dei dispositione jam tempora facta sunt, quæcumque futura sunt. *Lib. 10, de Civit. Dei, cap. 12.*
31. Falsum est nihil esse posse sine fine temporis, nisi quod initium non habet temporis: inventa est enim anime beatitudo, quæ cum initium temporis habuerit, finem temporis non habebit. *Ibid., cap. 31.*
32. Tempus quoniam mutabilitate transcurrit, æternitati mutabili non potest esse cœternum. *Ibid., lib. 12, cap. 15.*
33. Peccata quæ vindicantur longissimi temporis penis, brevissimo tempore perpetrantur. *Ibid., lib. 21, cap. 11.*
34. Non habet tempus, per quem factum est tempus. *Tract. 42, super Joan.*
35. Non Christum tempus ut moreretur impedit, sed tempus Christus, quo moreretur elegit, qui etiam tempus quo de Virgine natus est, cum Patre constituit, de quo sine tempore natus est. *Ibid., tract. 104.*
36. Quid est redimere tempus, nisi cum opus est, etiam detrimento temporalium commodorum ad eterna querenda et capessenda spatia temporis comparare? *Homil. 1, ex Quinquag. Homil., cap. 2.*
37. Curramus dum lucem habemus, ne prætereuntia salutis tempora negligamus. *Ibid., homil. 16.*

38. Turpe est presentis temporis occasionem dimittere, et postea aliquando quod præteritum est revocare. *Conc. 25, ad Adolescentes.*
39. Tempus miseriarum est mater. *Orat. 27.*
40. Omnis dies velut ultimum tractandum est. In suis *Prov., verbo Omnis.*
41. Habet justus tempus, quod bene expendit: huic tempus habent, tempus in fine datur. *Prosec.*
42. Ille vero tempus non habet, qui male vivendo tempus amisit pretiosissimum. *Serm. 13, fer. 4, post Dom. 1 Quadrag., art. 3, cap. 4.*
43. Tanta est pretiositas temporis, quod parvo in tempore lucrari posset quæ etiam gratia et gloria. *Serm. 42, Dom. 5 Quadrag., art. 2, cap. 2.*
44. Nemo parvi astimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis? si quidem volat verbum irrevocabile, volat tempus irremediabile, nec advertit insipiens quid amittat. *Prosec.*
45. Libet confabulari (aiunt) donec hora prætereat, donec pertranseat tempus: donec hora prætereat, quam tibi ad agendam penitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad gloriam promerendam miseratio conditoris indulget.
46. Donec transeat tempus, quo divinam tibi propitiare debueras pietatem, properare ad angelicam societatem, suspirare ad amissam hereditatem, aspirare ad promissam felicitatem, exditatem, aspirare ad promissam commissam citare remissam voluntatem, flere commissam iniquitatem. *Serm. de Triplici custodia lingue.*
47. Quantos videmus quasi oblitos sui sic non redimere, sed amittere tempus, ut de moribus et affectionibus suis vix ultima apud ipsos mentio fiat. *Serm. contra Vitium ingratiitud.*
48. Nihil pretiosius tempore, sed heu! nihil hodie vilius astimatur: transeunt dies salutis, et nemo recogitat, nemo sibi non reditura momenta perisse causatur. *In Declinat.*
49. Omne tempus, in quo de Deo non cogitas, hoc te computes perdidisse: omnis siquidem res aliena est a nobis, tempus autem tantum nostrum est. *Lib. Medit., cap. 6.*
50. Prætereunt tempora more fluentis aquæ. *Super Psalm. LXXVI.*
51. Nihil pretiosius tempore, quia nihil pretiosius penitenti, nihil pretiosius proficenti, nihil pretiosius pervenienti. *Expos. 2, super Psalm. cxvii, cap. 8, vers. 14.*
52. Quatuor sunt tempora, quæ homines frequenter debent habere in memoria: tempus acceptabile nostre reconciliationis; tempus miserabile humane resolutionis; tempus formidabile extreme damnationis; tempus intolerabile æter-

S. BASILIUS  
MAGNUS.S. BASILIUS  
SELUEGESS.  
V. BEBA.S. BERNARD.  
SEN.

S. BRUNO.

S. BRUNO.

S. CRESARIUS  
ABELAT.S. CLEMENS  
ALEX.

S. CYPRIAN.

S. DOROTH.

GLOSS. INT.

S. GREGOR.  
MAGNUS.S. GREGOR.  
NAZ.

S. BONA.

S. HIERON.

- ne damnationis. *Serm. 1, Dom. 1 Quadrag.*
53. Omne tempus tibi impensum, requirit Deus qualiter sit expensum. *Prosec.*
54. O quam infestus est diabolus homini in hoc tempore, et tanto certe infestior, quanto tempus infestandi suspicatur brevius. *Serm. 1, Dom. 1 Quadrag.*
55. Modo reliquit nobis Deus tempus ad satisfaciendum, sed tunc accipiet tempus ad puniendum. *Ibid.*
56. Omne tempus cum Deo utiliter expendas, nihil enim est pretiosius tempore. *In Alphab. relig., lect. 44.*
57. Sicut qui male agit, tempus perdit, sic qui bene agit, tempus quidem habet, sed non redimit; sed preparando se ut sit idoneus ad bene agendum, tempus redimere dicitur. *Super Epist. ad Ephes., cap. 5, in illud: Redimentes tempus.*
58. O si tempus penitentiam quasi incertum disponderetur, quando est in potestate positum, quomodo desideraretur amissum? *Homil. 17.*
59. Parce tempori, quoniam vita brevis est, non est hoc tempus temere consumendum. *Lib. 5 Stromat.*
60. Anceps temporum palpator est. *Epist. ad Donat., cap. 8.*
61. Quid vitam nostram deperdimus? labi tempus et perire nobis advertimus, vixque timeamus. *Prosec.*
62. Tempus si pereat, nec ipsum amissum, nec aliud pro eo potest aliquando restaurari. *Doctrina 2.*
63. Consideratione æterni, amplius paret brevitatis temporis. *Super Job, cap. 14.*
64. Modus est temporis, ut statum non habeat mansionis. *Lib. 4 Moral., cap. 2.*
65. Tempus per ventura tendit ad esse, semper ex præteritis festinat non esse. *Ibid.*
66. Illud tempus quo fugere non licet, modo debet cogitari dum licet. *Homil. 12, super Evang.*
67. Nulli tempus elabi sinant, quod iterum revocare impossibile existit: siquidem præsens tempus est operationis, futurum vero retributionis. *Orat. 5, de sua Excusat.*
68. Præsens tempus omnis generis contrariis est eventibus refertum: que jam nascuntur, paulo post moriuntur: que plantantur, postea evelluntur: que jam sanantur, mox occiduntur: domus que nunc edificantur, post destruantur: qui jam plorant, alio tempore ridet; nunc terrena coacervantur, post abiciuntur. *Super Eccles., cap. 3.*
69. Eternitati comparata, brevis est omnium temporum longitudo. *Epist. 17, ad Cyprian.*

70. Exiguum temporis perituri, æternitatis est præmium. *Epist. 6.*
71. Omne tempus in quo te non meliorem senseris, hoc æstima perdidisse. *Epist. 14, ad Mauritiu Rham.*
72. Nihil longum est, quod finem habet: et omnis retro temporum series transacta non prodest. *Prosec.*
73. Omnia orta occidunt, et aucta senescunt! nihil est enim opere et manu factum, quod non conficiat et consumat vetustas. *Lib. 3, super Ezech.*
74. Omne tempus, in quo non virtutibus, sed vitis deservitur, perit: et quasi non fuerit, reputatur ut nihilum. *Super Aggæum, cap. 1 super illud: Et factum est verbum Domini, etc.*
75. Ne dicas meliora tempora olim Moysi, quam nunc Christi tempore, legis fuisse, quam gratiæ: virtutes dies bonos viventi faciunt, vita malos. *Super Ecclesiasten, cap. 7, super illud: Ne dixeris, quid factum est? etc.*
76. Nullum tempus intermittitur requiæ, totum dolori et labori occupatur, et nihil utilitati et salutis acquiritur. *Homil. 12, super Ecclesiasten.*
77. Nihil suo tempore abijciendum, et nihil non suo tempore eligendum: sed sic animus ad usum temporis præparetur, ut tamen ad mutabilitatem temporis non mutetur. *Ibid., homil. 13 in illud: Omnia tempus habent.*
78. Temporis est subjacere mutabilitati, et pati vicissitudinem. *Ibid.*
79. Tunc tempus est omni rei, quando justum est, ut fiat quod faciendum est, quidquid illud fuerit, vel a Deo sine homine, vel ab homine, cum Deo. Nam sine Deo ab homine ut aliquid fiat, ita tempus nullum est, sicut justum nihil fieri sine Deo ab homine potest. *Ibid.*
80. Tu comedendo, bibendo, jocando, ridendo, et otiose vivendo, perdis tempus, quod tibi indulsit Deus ad acquirendam gratiam, et ad promerendam gloriam. *Lib. 3, de Anima, cap. 41.*
81. Tempus transis, iudicium tuum appropinquat. *Lib. 4 Contemplat., de Innocent., cap. 6.*
82. Sicut amissum ac præteritum tempus, ulterius revocari non potest, ita ne illa quidem que perierunt, emolumenta restitui. *Collat. 6 Abbat. Theodori, cap. 5.*
83. Transit tempus, et transit cum tempore beneficiæ memoria. *Homil. 45, super Math. Oper. imperf.*
84. Si vel parum argenti amiseris, id omnino damnum appellas: sin totos dies in diaboli operibus consumpseris, nihil amisisse opinaris. *Prosec.*
85. Omnia potius sunt amittenda, quam tem-

HUGO A S.  
VICTORE.

IDIOTA.

JOAN. CASS.

S. JOANNES  
CHRYSOST.



pus: aërum amittit, poterit recuperari, amissum autem tempus nunquam. Homil. 57, super *Jean*.

86. Temporis oportunitas non nobis, sed illi cognita est, qui factor est temporis. Homil. 4, super *Epist. ad Coloss.*

S. JOAN. CL.

87. In tempore que sunt propria temporis, non referimus. *Grad.* 26.

JOAN. GERS.

88. Tempus res omnium est pretiosissima. *Serm. coram Papa Benedicto.*

JOAN. TRITH.

89. Curiosus homines tempora exquirunt, non facta. Lib. 4, de *Vir. illustr. Ord. S. Bened.*

90. Nihil pretiosius tempore, et nulla poena amarior, quam amissi temporis recordatio. *Super Probog. Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 25.

91. Sicut tempore nihil reperitur pretiosius, ita nihil diutius semel amisso. *Ibid.*, cap. 2, text. 29.

92. Virtus tempora sanctificat, non tempora virtutes efficiunt. In cap. 2 *Regul. S. Bened.*, verbo *Sententia*.

93. Tempus nunc quidem breve, sed acceptabile nobis multum conceditur, in quo fructus aeternae vitae operemur. Lib. 4, homil. 9, ad *Monachos*.

94. Qui se moriturum semper cogitat, nullum tempus otiosum transire permittit. *Ibid.*, homil. 47.

95. Res temporis semel perditæ, nunquam recuperatur. *Ibid.*, homil. 20.

96. Omnis homo salutis suae studiosus sumere caveat, ne tempus sibi concessum inutiliter perdat; nunc enim tempus laborandi est. *De Vanit. et Miser. hum. vite*, cap. 4.

S. ISIDORUS

HISPAL.

97. Tempus non ad eas creaturas, quæ super celos sunt, sed ad eas, quæ sub celo sunt, pertinere cognoscitur. *Prose.*

98. Non enim angelis accedunt tempora, vel succedunt: sed nobis, qui sub celo versamur. Lib. 4 de *Sum. Bono*, cap. 9, sent. 2.

99. In rebus nullus status est temporum, quia celeri creatura motu tempora mutantur. *Prose.*

100. Nec centum anni unum tempus est, nec unus annus unum tempus est, nec unus mensis unum tempus est, nec dies, nec hora unum tempus est: quia dum hæc omnia particulis accedunt suis et decedunt, quemodo unum dicendum est, quod non simul est?

101. Et futura, et præterita, et presentia in animo potius requirenda sunt, et inveniri possunt: præterita reminiscendo, presentia contuendo, futura expectando. Speramus igitur advenientia tempora, intuemur presentia, recolimus transientia. *Ibid.*, cap. 7.

102. Perspice quid, cui aptum sit tempori, quid, ubi, quando, qualiter, quandiu facere debeat, et temporum regulas inspicere. Lib. 2, de *Synonymis*, cap. 16.

103. Nomen omne tempus vite hujus, quo delectis frui videmur, quasi noctis unius somnus est, ad aeternitatis comparationem? *De Ligna vite, de Fide*, cap. 5.

104. Quid pretiosius tempore? quid, quæso, illo fructuosius? quid carius? quid excellentius? quid amabilius? *Prose.*

105. Sed, proh dolor! pene ab omnibus nihil habetur vilius, nihil tractatur inutilius, nihil indignius possidetur. *Serm. de Vita solitar.*, cap. 10.

106. Nullum temporis momentum præterit, in quo merita non valeant cumulari aeterna. *Ibid.*

107. Nihil æque tam nostrum, tamque proficuum ad merendum coelestia, quam tempus: misericorditer nobis indulget, quatenus per commendabilia opera ipso mediante, vitam mereamur aeternam. *De Compuncti. et Complacit.*, cap. 2.

108. Hoc optima noverunt, quicumque illud amiserunt: videmus nihilominus apud universos nihil tempore tractari pejus.

109. Veniet, veniet necessitatis hora, quando quanti sit presens tempus noscetur, non ad meritum, sed ad supplicium. *Ibid.*

110. Vir spiritualis etiam minimam temporis perditionem multum ponderat; non autem putat se tempus inutiliter tradidisse, quando intus Deo vacans, foris nihil agit. In *brevi Regula Tyrantis*, verbo *Mores*.

111. Nullius perinde rei, ut temporis, penuria laboramus. Habet, apud D. Joan. Damasc., lib. 1 *Parall.*, cap. 10.

112. Scias non modicam esse temporis illius jacturam, quod in otio aut fabulis expendisti. *Tract. de Inst. Episc.*

113. Maximum aeternitatis argumentum, est tempus. Lib. quod *Mundus sit incurvatus*.

114. Tempus imago aeternitatis est. Lib. de eo: *Quis rerum divinarum heres sit*.

115. Tempori parere, præclarum est. Habet, apud D. Joan. Damasc., lib. 2 *Parall.*, cap. 69.

116. Collatum tempus remediis non spernamus, ne is quem placidum mitemque sensimus, iracundiam non penitentibus aeternam constituat, poenalemque sententiam. *De Promiss.*, part. 2, cap. 33.

117. Omne tempus malorum pusillum est: quid enim tam exiguum, quam quod in hoc tendit, ut non sit? Apud D. Augustin.

S. ROBERT. A SORBONA.

118. Miror dementia eorum, qui student, quemodo possint tempus suum perdere, dicentes: Ludamus aleis, et hujusmodi, et interim transiit tempus et trademus illud oblivioni sic ludendo. *Lib. de Conscient.*

S. LAURENT. JUSTIN.

THOMAS A KEMPIS.

119. Nunc tempus est valde pretiosum; sed, proh dolor! quod hoc utilius non expendis, in quo promereri vales, unde eternaliter vivas: veniet quando unum diem seu horam pro emendatione desiderabis, et nescio an impetrabis. Lib. 4, de *Imit. Chr.*, cap. 23, sect. 5.

120. Omne tempus cum Deo non impensum, plange velut amissum. In *Exercit. spirit.*, cap. 2, sect. 2.

S. THOMAS A VILLANOVA.

IN VIT. PATR.

121. Oh si quis haberet plenam notitiam, et apertos oculos, intellectu comprehenderet temporis brevitatem. *Serm. Dom. 3 Adventus*.

122. Presens tempus labori præstitum est, futurum autem mercedi. Lib. 4, in *Vita SS. Barlaam et Josephat*, cap. 24.

SENTENTIA FAGANORUM.

ARISTOTEL.

123. Tempus non esse penitus, aut vix esse, ac exigue quispiam suspicabitur: nam aliud ipsius fuit, atque non est; aliud est futurum, et nondum est. Lib. 4 *Physic.*, cap. 10, text. 88.

124. Cum simul esse tempore, et neque prius, neque posterius, nihil aliud sit, quam in eodem nunc esse, si priora posteriorave in hoc nunc sunt, ea profecto que ante centies centenos annos sunt facta, simul cum his erunt, que hodierno die conficiuntur, et neque prius quidquam alio, neque posterius erit. *Ibid.*, cap. 10, text. 92.

125. Tempus ubique est æque et apud omnia. *Ibid.*, cap. 10, text. 96.

126. Tempus nec ut quantum quid est, nec ut quale tempore definitur. *Ibid.*

127. Tempore motum, motu vero tempus metimur. *Ibid.*, cap. 12, text. 113.

128. Ita dispensa tempus, quasi et diu victurus, et mox moriturus. In *Sent.*, sent. 2.

129. Labitur exiguo, quod partum est tempore longo. Lib. 2 *Dischor.*, metr. 42.

130. Tempori parce. In *Dictis sapient. ex Græco*, dist. 5.

131. In omnibus quid tempora petant, considerandum est. Lib. 2, de *Invent. Rhetor.*

132. Longum tempus breve est imperatis. *Orat. 45, Philipp.*, 3, num. 2.

133. Minimis momentis maxima inclinationes temporum sunt. *Orat. 47, Philipp.*, 5, num. 26.

134. Hæc quidem redeunt, et dies et menses, et anni: nec præteritum tempus unquam revertitur, nec quid sequatur sciri potest. *De Senect.*

135. Breve tempus ætatis satis longum est, ad bene honestoque vivendum. *Ibid.*

136. Equodnam tempus aliud jam expectamus ad rem agendam opportunius, quam quod nunc est a divino Numine concessum? *Epist. 7, ad Diognetum*.

PLATO.

137. Hoc quidquid est, temporis est fatuus et caduci, si non datur factis. Lib. 3, *Epist. 7, ad Caninium Rufum*.

PLINIUS II.

138. Oh quam bonum tempus, in re mala perdis! Lib. 3, de *Ira*, cap. 28.

SENECA.

139. Male dispensamus tempus, quod nobis natura consumendum dedit: alii parce illo utimur, alii prodige, alii se impendimus, ut deheamus rationem reddere. *De Tranquillit. animi*, cap. 3.

140. Re omnium pretiosissima luditur, fallit autem homines, quia res incomparabilis est: quia sub oculis non venit, ideoque vilissima aestimatur, imo pene nullum pretium ejus est. *Prose.*

141. Nemo aestimat tempus, utitur illo laxius quasi gratuito. *De Brevit. vite*, cap. 8.

142. Presens tempus brevissimum est, adeo videntur, ut quibusdam nullum videntur: in cursu enim semper est, fluidi, precipitatur: ante desinit esse, quam venit. *Ibid.*, cap. 10.

143. Quædam tempora eripiuntur nobis, quædam subducuntur, quædam effluunt. *Prose.*

144. Turpissima tamen est factura, que per negligentiam fit: et si voleris attendere, magna vite pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus.

145. Quem mihi dabis, qui aliquid pretium tempori ponat? qui diem aestimet? qui intelligat se quotidiana mori? In hoc enim fallitur, quod mortem prospiciamus, magna pars ejus jam præterit, quidquid ætatis retro est, mors tenet.

146. Tu vero omnes horas complectere, sic fiet ut minus ex crastino pondas, si hodierno manum injeceris.

147. Dum differtur, vita transcurrit: omnia nobis aliena sunt, tempus autem nostrum est. *Epist. 4.*

148. Satis multum temporis sparsimus; incipimus in senectute vasa colligere: in freta viximus, moriamur in portu. *Epist. 49.*

149. Utque ad hesternum quidquid transit temporis, perit. *Epist. 24.*

150. Infinita est velocitas temporis, que magis apparet respicientibus: nam ad presentia intentos fallit, adeo precipitibus fugæ transitus levis est. *Epist. 49.*

151. Stultus est, qui non exigui temporis mercede, magnum rei aleam prodimit. *Epist. 85.*

152. Id agamus, ut nostrum omne tempus sit: non erit autem, nisi prius nos nostri esse coeperimus. *Epist. 71.*



153. Respice celeritatem rapidissimi temporis, cogita brevitatem hujus spatii, per quod citatissimi currimus. Epist. 99.
154. Honestè servit, qui succumbit tempori. In suis *Proverb.*
155. Omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc puta te perdidisse. *Sent. 47.*
156. Sapientis vir parcat, ne perdat tempus. *Ibid.*, sent. 243.
157. Pretiosissimus sumptus est tempus. In suis *Theophr. Philos.*
- Vide etiam tit. *Certamen*, sent. 124; *Fabula*, sent. 9; *Mors*, sent. 158; *Negotium*, sent. 16; *Penitentia*, sent. 74, 169.

## TENEBRÆ.

9. AUGUST. *Definitio.* Nihil sunt aliud tenebræ, quam aer carens luce. Lib. 11, de *Civitate Dei*, cap. 10. Nihil est aliud adesse tenebras, nisi abesse lucem. Lib. 2 *Conf.*, cap. 3.
9. BASILICUS MAGNUS. Tenebras dicimus aerem aliquem esse lucis expertem, aut locum objectu corporis obumbratum, aut quacunq[ue] causa carentem lumine locum. Homil. 2, *Hecan.*

## SENTENTIE PATRUM.

9. AUGUST. 1. Homo tenebratur dum plus amat creaturam, quam Creatorem. Lib. 2, de *Lib. Arb.*, cap. 16.
2. Infideles homines tenebræ sunt, qui per fidem conversi ad Deum, quadam præmissa illuminatione lux fiunt. Epist. 120, cap. 23.
3. Privationes possunt tenebræ nominari. De *Gen. imperf.*, cap. 5.
4. Non omnes tenebræ nox. Lib. 1, de *Gen. ad litt.*, cap. 12.
5. Homo a Deo sibi presente illuminatur, absente autem continuo tenebratur. *Ibid.*, lib. 8, cap. 12.
6. Per tenebrarum diuturnitatem mutati oculi, mutatum solem sentiunt. *Amot. in Job*, cap. 10.
7. Homines peccatis suis tenebræ sunt. *Ibid.*, cap. 38.
8. Nihil absurdius quam ibi esse accommodatus, et apertus incolas amatoresque tenebrarum, ubi lucis perspicuitate gaudetur. De *Morib. Manich.*, cap. 9.
9. Ubi lux non est, tenebræ sint necesse est. Lib. 11, de *Civitate Dei*, cap. 9.
10. Cum acies oculi corporalis currit per species corporales, nusquam tenebras videt, nisi ubi cœperit non videre. *Ibid.*, lib. 12, cap. 7.
11. Sicut aer tenebrescit luce defectus, ita tenebrescere animam intelligimus sapientie luce privatam. *Ibid.*, lib. 14, cap. 40.
12. Non nossemus tenebras, si in tenebris semper essemus: sed lucis notitia contrarium suum

- non sinit incognitum. De *duabus animabus*, cap. 8.
13. Peccata tenebræ animarum sunt. Lib. 1, de *Baptismo contra Donat.*, cap. 11.
14. Mens in tenebris est, nisi luce vestiatur. Tract. 2, super *Joan.*
15. Multi cum fuerint diutius in tenebris, infirmatur acies ipsorum, quasi jejuniis lucis. Tract. 43, super *Joan.*
16. Oculi in tenebris patent, et non vident. *Ibid.*, tract. 14.
17. Oculi si se a lucerna averterint, tenebrantur: si se converterint, illuminantur. *Ibid.*, tract. 22.

18. Tenebræ metuendæ sunt morum, non oculorum; et si oculorum, non exteriorum, sed interiorum. *Ibid.*, tract. 35.
19. Amando tenebras, in tenebris remanebis. *Ibid.*, tract. 15.
20. Si recedis a lumine, in tenebris computaris. *Ibid.*, tract. 48.
21. Qui in tenebris ambulat, nesciunt quo eunt; quia tenebræ excœperunt oculos eorum. Tract. 4, super *Epist. Joan.*
22. Recordatio tenebrarum exteriorum, facit

S. BERNARD.

non horrere solitudinem. Epist. 4, ad *Robertum nepotem suum.*

23. Tenebræ luce fugantur, eoque magis quo lux major est. Epist. 1, ad *Catum Monach.*
24. Mens tenebris obducta, ad impudentiam trahit. Ad *Monachos*, parænes. 46.

S. DOMINUS ABBAS.

25. In tenebris residemus, si promoveri cessamus. Homil. 4, ad *Monachos.*

S. EUSEBIUS EMISSINUS.

26. Qui lucem justitiæ non querit, de tenebris non recedit. Super *Job*, cap. xv, in illud: *Non recedat de tenebris.*

GLOSS. ORD.

27. Non novit lux tenebras, id est, non aspiciet: quia si aspiciet, tenebræ non essent. Super illud *Matth.* vii: *Nunquam novi vos.*

S. GREGORIUS MAGNUS.

28. Sunt tenebræ, ubi Christus non respicit: ubi lux illa vera non ingreditur, que sic lucet in tenebris, ut tamen non comprehendatur a tenebris. In *Psalm. Penit.*, super illud *Psalm.* vii: *Non avertas faciem tuam, etc.*
29. Lucem debet conspiciere, qui vult de tenebris judicare: ut in illa videat quid de tenebris aestimet, per quas videre præcipitur. Lib. 24 *Moral.*, cap. 6.
30. Lucerna in tenebris lucere cernitur, sed in solis radio posita tenebratur. *Ibid.*, lib. 5, cap. 28.

31. Homini diviti, dies tenebræ sunt. Super *Ecclesiasten*, cap. 5.

S. GREGORIUS THAUMATURUS.

32. Clarus sit lumen comparatione tenebrarum. Epist. 46, ad *Rustic.*

S. HIERONIMUS.

33. Quando peccator mala operatur, aut cogitat, in tenebris est, sed in tenebris propinquior-

S. JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

- bus: quando autem in hæresim quadam incidit, tunc projicitur in tenebras exteriores. Homil. 53, super *Matth. Oper. imperf.*
34. Tenebræ quam splendor lippitissimis oculis commodiores sunt. Homil. 7, super *I Cor.*
35. Multi lucem relinquunt, ut in tenebris cæci se debiles jactent. Lib. 4, de *divin. Inst.*, cap. 1.
36. Lucem debet intueri, qui vult de tenebris judicare. De *Ligno vite*, tract. 12, de *Humilit.*, cap. 4.
37. Tenebrosi effecti, imo tenebræ Verbi lucem recipere non merentur. De *casto Connub.*, cap. 17.
38. Lux separatur a tenebris, et fugiant filios diaboli filii veritatis. Serm. 4 *Quadrages.*
39. His, qui de tenebris progrediuntur ad lumen, lux imprimis molesta est, donec oculi luminis assuescant. Epist. 137, ad *Alexandr. de S. Albano.*
40. Lucem tenebræ fugiunt, tenebræ luce redeunt abscedente. Serm. 44.
41. Brevis lux melior est, quam æterna tenebræ. Lib. *Quis rerum divinar. hæres sit.*

LACTANTIUS FIRMICIANUS.

S. LAURENTIUS JUSTINUS.

S. LEO I.

PETRUS DE ES.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

## SENTENTIE PAGANORUM.

42. Tenebræ sunt invisibiles, quas etiam visus discernit. Lib. 3, de *Anima*, cap. 19, text. 103.

## TENTATIO.

- Definitio.* Tentare est experimentum de aliquo sumere. Super *I ad Thessal.*, cap. 3, lect. 1.
- Tentare nihil aliud est, quam experiri, seu probare: unde tentare hominem, est probare virtutem ejus. *Opusc.* 7, super *Pater noster*, petit. 6.
- Divisio.* Duplex est tentatio. Est tentatio violenta, scilicet adversitas; est tentatio deceptoria, scilicet prosperitas. Super *Psalm.* lxxiii.
- Triplex est tentatio: probationis; deceptionis; explorationis. Tentat Deus ut probet; tentat diabolus ut decipiat; tentat homo ut exploret et sciat. Super *I ad Cor.*, quest. 81.
- Septem sunt genera tentationum. Prima importuna; secunda dubia; tertia subtilis; quarta occulta; quinta violenta; sexta fraudulenta; septima perplexa. Prima inquietat, secunda exagitat, tertia vulnerat, quarta excecatur, quinta cernatur, sexta infatuat, septima dilaniat. Part. 2, super *Psalm.* xc.
- Comparatio.* Sicut torrens trahit poleas, et ista leviam ad Oceanum; sic torrens tentationis trahit secum vanos, non humiles; ad Oceanum inferni. Tit. 4 *Diectæ*, cap. 3.
- SENTENTIE PATRUM.
1. Neminem profectus Dei gratia intentabilem facit, ut nullo cum hoste confligat. *Præsec.*
2. Cum laudabilis sit, atque felicius, pugnan-

tem non potuisse vinci, quam desiderem non potuisse tentari. Lib. 2, de *Vocac. Gen.*, cap. 10.
3. Diabolus ubique insidiatur homini, ubique congregitur: sed ubi mulierem non invenit, victus abscedit. Serm. 37, in *Quadrages.*
4. Accipit quidem diabolus tentandi licentiam, sed non accipit copiam subruendi, nisi sua sponte labatur infirmus affectus, qui sibi auxilium non morit accersire. De *Paradiso*, cap. 2.
5. Quælibet jacula iusto nocere non possunt, cui Deus lux est. De *Nabulle*, cap. 14.
6. Tunc potestas diabolo gravioris tentationis permittitur, cum culpa animæ gravior reperitur. Super *Psalm.* xxxvii.
7. Justus optat probari, tentari non timet. Super *Psalm.* cxviii, serm. 14, vers. 2.
8. Tentatio est causa victoriæ, materia triumphum: dives ille qui tentationem non sensit in hoc sæculo, in penis est apud inferos. Lib. 4, super *Luc.*, cap. iv, super illud *Matth.* 7: *Arcta et angusta est via.*
9. Diabolus incessanter piis persequitur, quanto periculosius, quanto occultius. Super *II Tim.* iii, in illud: *Persecutionem patientur.*

10. Ignorant laici in sæculo quid sit tentatio, quia ita occupati sunt vitii, et pressi occupationibus mundi, quod non expectant tentationes, sed eas preveniunt, et demones provocant ad tentandum eos. Part. 5, tit. 16, cap. 10, § 3.

11. Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine tentatione, quia profectus noster per tentationem nostram fit: nec sibi quisque immo-tescit nisi tentatus, nec potest coronari nisi inimicum et tentationes habuerit. Super *Psalm.* lxx.
12. Tantum permittitur diabolus tentare, quantum tibi prodest ut exercearis, ut probetur, ut qui te nescias, a te ipso inveniaris. Super *Psalm.* lxxi.
13. Quadrati lapidis similis debet esse Christianus: in omni tentatione sua Christianus non cadit, etsi impellitur, etsi qua veritur, non cadit: nam quadratum lapidem quacunq[ue] verteris, stat. Super *Psalm.* lxxxvii.
14. Premunt nos, sed non opprimunt: urgent nos, sed non demergunt. Super *Psalm.* xxxi, *Enarrat.* 2, vers. 8: *In ditivio aquarum multarum.*
15. Si tentator deficit, ut deesset, Domino tu fecisti: locus et tempus si deficit, et ut huic deesset tu fecisti: affuit tentator, non deficit locus, non deficit tempus; sed ut non consentirem, tu me tenuisti. In *Soliloq. animæ*, cap. 16.

16. Si Deus cessat tentare, magister cessat docere: sed Deus tentat ut doceat, diabolus tentat

S. ANSELMI.

S. ANTONII.

S. AUGUSTI.